

Heinrich von Gent, *Summa quaestionum ordinariarum*, art. VI, qu. 1-2

Das Verhältnis von Theologie und Weisheit

Der Text wurde dem Druck von 1520 entnommen, fol. 42r-44v.

HENRY OF GHENT, *Summae quaestionum ordinariarum*; reprint of the 1520 Edition (Franciscan Institute Publications, Text series, 1), St. Bonaventure/Louvain/Paderborn 1953.

Im Rahmen des Forschungsseminars "Theologie im Mittelalter" (Prof. Thomas Prügl, Prof. Marianne Schlosser), Institut für Historische Theologie, Universität Wien, SoSe 2018.

übersetzt von STEPHANUS BERTRAM RÜTZLER, OSA (Teil I) und PETER BECKER (Teil II).

Teil I (fol. 42r-43r)

<p>Articulus VI <i>De Theologia secundum se, quantum ad scientiam.</i></p> <p>Viso de scientia et scibili in generali, sequitur videre de scientia et scibili theologiae in speciali, quae continet theologia. Ubi considerandum est Primo de theologia in se, secundo de ipsa in suis causis. Circa theologiam in se quaerendum est primo secundum se et absolute; secundo in comparatione ad alias scientias. Circa theologiam secundum se et absolute quaeruntur quatuor: Primo utrum theologia sit scientia; secundo utrum proprie dicenda sit sapientia; tertio utrum sit scientia una; quarto utrum sit scientia perfecta.</p> <p>Circa primum arguitur, quod theologia non sit scientia.</p> <p>Primo sic: Scientia non est nisi eorum quorum sunt causae et principia. Tunc</p>	<p>Artikel VI <i>Über die Theologie an sich, insofern sie als Wissenschaft betrachtet wird.</i></p> <p>Nachdem über die Wissenschaft und das zu Wissende im Allgemeinen gehandelt wurde, folgt ein Blick auf die Wissenschaft und das zu Wissende der Theologie im Besonderen, also auf den Inhalt der Theologie. Hier muss erstens über die Theologie an sich, zweitens über sie in ihren Ursachen abgehandelt werden. Über die Theologie an sich ist zu fragen: Erstens hinsichtlich ihrer selbst und absolut; zweitens im Vergleich zu anderen Wissenschaften. Über die Theologie hinsichtlich ihrer selbst und absolut werden vier Fragen gestellt: Erstens, ob die Theologie Wissenschaft sei; zweitens, ob sie im eigentlichen Sinn Weisheit genannt werden müsse; drittens, ob sie eine (einzige) Wissenschaft sei; viertens, ob sie eine vollkommene Wissenschaft sei.</p> <p>Bezüglich der ersten Frage wird argumentiert, dass Theologie keine Wissenschaft sei.</p> <p>Erstens so: Wissenschaft gibt es nur über die Dinge, deren Ursachen und Prinzipien man erkennen kann.</p>
--	---

<p>enim scire opinamur unumquodque, cum causas et principia arbitramur scire, ut dicitur in principio <i>Physicae</i> et in principio <i>Posteriorum</i>. Et Avicenna dicit in principio <i>Metaphysicae</i> suae: Inquisitio omnis scientiae non est de principiis, sed de consequentibus principiorum. De rebus autem divinis est theologia: Quarum non sunt causae et principia, sed ipsae sunt causae et principia aliorum ergo et cetera.</p> <p>Secundo sic: Omnis scientia est de intelligibilibus et universalibus, primo <i>Posteriorum</i> et primo <i>Metaphysicae</i>. Theologia ut plurimum non est de intelligibilibus et universalibus, sed de sensibilibus et particularibus, quia de rebus historicis et humanis gestis, quae creduntur et non intelliguntur: secundum Augustinum <i>LXXXIII quaestionum</i>, q. XLVIII. Ergo et cetera.</p> <p>Tertio sic, theologia est solum notitia eorum quae tenentur per fidem et ad fidem de eis faciendam. Ioannes XX: <i>Haec autem scripta sunt ut credatis</i>. Scientia autem non est eorum quae fide tenentur, quia scientia fidem evacuat cum scientia sit eorum, quae intellectu videntur. Fides autem eorum quae non videntur. Ergo et cetera.</p> <p>Quarto sic, omnis scientia procedit ex principiis per se notis, primo <i>Posteriorum</i>. Theologia autem non procedit nisi 42v ex creditis, quia non sunt per se nota, cum a pluribus eis contradicatur. Ergo etc.</p> <p>In contrarium est Augustinus cum dicit, quod theologia est scientia de his</p>	<p>Denn dann vermeinen wir irgendetwas zu wissen, wenn wir annehmen, dessen Ursachen und Prinzipien zu kennen, wie es am Anfang der <i>Physik</i> und am Anfang der <i>Zweiten Analytik</i> heißt. Und Avicenna sagt am Anfang seiner <i>Metaphysik</i>: Die Frage einer jeden Wissenschaft geht nicht über die Prinzipien, sondern darüber, was aus ihnen folgt. Über die göttlichen Dinge aber handelt die Theologie; diese göttlichen Dinge haben aber keine Ursachen oder Prinzipien, sondern sie selbst sind die Ursachen und Prinzipien anderer Dinge. Daraus folgt usw.</p> <p>Zweitens so: Jede Wissenschaft handelt über geistig Erfassbares und Allgemeingültiges, wie im ersten Buch der <i>Zweiten Analytik</i> und im ersten Buch der <i>Metaphysik</i> gesagt wird. Die Theologie handelt zumeist nicht über geistig Erfassbares und Allgemeingültiges, sondern über die sinnlich Erfassbares und Partikuläres, weil sie sich mit geschichtlichen Dingen und menschlichen Taten befasst, die (nur) geglaubt, aber nicht intellektuell eingesehen werden, nach Augustinus <i>De 83 Quaestionibus</i>, quaestio 48. Daraus folgt usw.</p> <p>Drittens so: Theologie ist nur Kenntnis von Dingen, die durch den Glauben gehalten werden und die zum Glauben getan werden müssen. Joh 20 (v.31): <i>Diese Dinge aber sind aufgeschrieben worden, damit ihr glaubt</i>. Wissenschaft aber befasst sich nicht mit Dingen, die durch den Glauben gehalten werden, weil die Wissenschaft den Glauben entleert, da die Wissenschaft sich auf jenes bezieht, was durch die Einsicht geschaut wird. Der Glaube aber bezieht sich auf jenes, die nicht gesehen werden. Daraus folgt usw.</p> <p>Viertens so: Alle Wissenschaft geht von Prinzipien hervor, die aus sich bekannt sind, wie es im ersten Buch der <i>Zweiten Analytik</i> heißt. Die Theologie geht aber nur aus Geglaubtem hervor. Dieses ist nicht aus sich bekannt, da ihm viele widersprechen. Daraus folgt usw.</p> <p>Dagegen ist steht das Wort des Augustinus, wenn er sagt, dass <i>die Theologie die Wissenschaft über jene Dinge ist</i>,</p>
---	--

<p>rebus, quas ignorare non expedit, et quas nos scire per nos idonei non sumus.¹</p> <p>Ad quaestionem istam intelligendum, cum theologia sit credibilium et nullorum aliorum nisi ut accipiuntur ab initio, ut per fidem credita. Nunc autem ita est quod credibilia primo per fidem nata sunt fieri scita per intelligentiam, ut quae proponuntur homini primo credenda per fidem, postmodum divino lumine adiutus et proprio studio aptatus, capiat ea per intelligentiam, secundum quod infra determinabitur, quod et ipsa alio modo iudicanda est esse scientia, inquantum est credibilium ut credibilia sunt, tamen alio videtur modo, inquantum credibilium ut facta sunt intelligibilia.</p> <p>Dicendum igitur quod notitia aliqua appellata scientia dupliciter: uno modo stricte, alio modo large. Large appellatur scientia, quaelibet notitia certa veritatis; secundum quod dicit Augustinus primo <i>De libero arbitrio</i>. <i>Scire nihil aliud est quam ratione, hoc est mente, habere perceptum.</i>² Et scientia sic dicta distinguitur contra opinionem, dubitationem et suspensionem, quae sunt operationes intellectus et notitiae sine ulla certitudine. Propter quod Philosophus VI <i>ethicorum</i> in illis tribus non ponit esse intellectuales habitus. Unde quia fides dicit certam notitiam</p>	<p><i>die zu ignorieren nicht nützt und die zu wissen wir nicht durch uns selbst vermögen.</i></p> <p>Bezüglich dieser Frage muss bedacht werden, dass sich die Theologie sich auf zu glaubende Dinge erstreckt, und auf keine andere, außer wenn sie von Anfang an als solche betrachtet werden, die durch den Glauben geglaubt werden. Nun aber ist es so, dass die zu glaubenden Dinge zuerst durch den Glauben so angelegt sind, um durch die Einsicht verstanden zu werden, so dass die Dinge, die dem Menschen durch den Glauben zunächst als zu Glaubende vorgelegt werden, danach mit Hilfe des göttlichen Lichts und durch eigenes Studium geeignet durch die Einsicht begriffen werden können, so wie unten erklärt werden wird. Die Theologie ist auf eine andere Weise als Wissenschaft zu beurteilen ist, insofern sie sich mit den zu glaubenden Dinge als zu glaubende befasst. Anders scheint es dennoch zu sein, insofern sich die Theologie mit zu glaubenden Dinge befasst, insofern diese einsichtig und verstehbar gemacht sind.</p> <p>Daher muss gesagt werden, dass eine Kenntnis auf doppelte Weise Wissenschaft genannt wird: einerseits im engen und andererseits in einem weiteren Sinn. Im weiten Sinn wird jedwede sichere Kenntnis der Wahrheit Wissenschaft genannt; sowie Augustinus im ersten Buch über den freien Willen sagt: <i>Wissen ist nichts anderes, als mit der Vernunft, das heißt durch den Geist, wahrgenommen zu haben.</i> Und die so verstandene Wissenschaft wird unterschieden von der Meinung, dem Zweifel und der Vermutung, welches Tätigkeiten des Intellekts und Kenntnisse ohne jegliche Gewissheit sind. Weswegen Aristoteles im sechsten Buch der Ethik in jenen drei Tätigkeiten keine keine intellektualen Habitus erblickt. Weil daher der Glaube eine sichere Kenntnis der Dinge, die durch den Glauben gehalten</p>
--	--

1 AUGUSTINUS, *De civitate Dei*, 11,3.

2 AUGUSTINUS, *De libero arbitrio* I,16.

<p>eorum quae tenentur per fidem, ut infra dicitur, sub isto modo scientiae continetur notitia fidei. Et sic large sumendo scientiam, theologia in quantum continet credibilia considerata ut credibilia tantum nondum visa sive intellecta, dicenda est scientia. Secundum quod dicit Augustinus <i>De videndo deum: Merito nos scire dicimus, non solum id quod videmus, verum etiam illud quod certissimum credimus.</i>³ Unde et credita etiam quodammodo mente videre recte dicimus, quia quod verum sit minime dubitamus. Hinc Ioannes euangelista de eo quod sola fide tenuit – si tamen sola fide et non scientia pura sive intellectu tenuit – dixit I Joh III: <i>Scimus quoniam cum apparuerit: similes ei erimus.</i> Et Paulus <i>Nunc scio ex parte.</i> Ecce Augustinus scire se dixit quod non videndo, sed credendo cognoverat.</p> <p>Stricte vero appellatur scientia, non quaecumque certa notitia, sed solummodo eorum quorum veritas intellectui ex rei evidentia apparet, ut intellectus in ea sibi ipsi sit testis et certitudinem ex eo quod videt habeat, non tamen ex testimonio alterius, sicut certitudinem habet fides. Secundum quod dicit Avicenna IX <i>Metaphysicorum: Promissio quae fide recipitur non est via ad probandum eam nisi testimonio prophetae. Sicut illa quae est quod habebimus corpus apud resurrectionem.</i>⁴ De tali scientia dicit</p>	<p>werden, genannt wird, wie unten gesagt wird, ist unter dieser Weise von Wissenschaft ein Glaubenswissen enthalten. Und daher, wenn man Wissenschaft im weiten Sinn versteht, wird die Theologie Wissenschaft genannt, insofern sie die zu glaubenden Dinge enthält, die nur geglaubt werden und noch nicht geschaut oder einsichtig gemacht geworden sind. In diesem Sinn sagt Augustinus im Brief über die Schau Gottes: <i>Zurecht sagen wir, dass wir wissen, nicht nur das, was wir sehen, sondern auch jenes, was wir als sehr sicher glauben.</i> Daher sagen wir richtigerweise, dass wir auch die geglaubten Dinge gewissermaßen im Geist sehen, weil wir das, was wahr ist, in keiner Weise bezweifeln. Von da aus hat der Evangelist Johannes über das, was er allein im Glauben hielt – wenn er es denn wirklich nur im Glauben und nicht durch reine Wissenschaft oder durch den Intellekt gehalten hat – in 1 Joh 3 (v.2) sagte: <i>Denn wir wissen, dass, wenn er erscheint, wir ihm ähnlich sein werden.</i> Und Paulus sagt: "Jetzt erkenne ich nur zum Teil" (1 Kor 13,12). Schau, Augustinus sagte, dass er weiß, was er nicht sehend, sondern glaubend erkannt hatte.</p> <p>Im engen Sinn aber wird nicht jede beliebige gewisse Kenntnis Wissenschaft genannt, sondern nur jene, deren Wahrheit dem Intellekt aus der Evidenz der Sache aufleuchtet, so dass der Intellekt darin sich selbst Zeuge ist und eine Gewissheit aus dem hat, was er sieht, nicht aber aus dem Zeugnis eines anderen, so wie der Glaube seine Gewissheit hat. Dazu sagt Avicenna im IX. Buch der Metaphysik sagt: <i>Die Verheißung, die durch den Glauben aufgenommen wird, ist nicht der Weg, sie zu beweisen, außer durch das Zeugnis des Propheten. So wie jene (Verheißung), die besagt, dass wir bei der Auferstehung einen Körper haben werden.</i> Über solche Wissenschaft sagt Augustinus im ersten Buch über den freien Willen: Im</p>
---	---

3 AUGUSTINUS, *Epistula* 147,8 (= *De videndo Deum*).

4 AVICENNA, *Metaphysik*, Traktat 9, Kapitel 7: AVICENNA LATINUS, *Liber de philosophia prima siva scientia divina*, hrsg. v. S. VAN RIET, Bd. V-X, Löwen/Leiden 1980, 506f.

Augustinus primo *De libero arbitrio*:
*Proprie et pure scientia nominatur, quia
ratione atque intellectu paratur.*⁵ Et
scientia sic dicta distinguitur a fide et
omni notitia eorum quae fide tenentur
inquantum huiusmodi, quia est intellec-
torum ex rei evidentia, non creditorum
ex alterius testimonio.

Sed intellectus talis dupliciter potest
haberi. Et secundum hoc scientia
proprie dicta est duplex. Uno enim
modo haberi potest vi naturalis rationis
operantis modo naturali illustratione
soliis luminis naturalis, aut cum divina
illustratione generali de qua dictum est
supra. Alio modo vi naturalis rationis
operantis modo supernaturali
illustratione speciali luminis super-
naturalis. Primo modo habetur
intellectus de rebus naturalibus in
scientiis philosophicis. Secundo autem
modo habetur de rebus supernatura-
libus in ista scientia, et hoc inquantum
credibilia sunt intelligibilia quaedam in
potentia vel iam intellecta ut infra
videbitur.

Unde quia ista scientia continet
credibilia quae non perfecte sunt
homini intelligibilia in vita ista, et hoc
non nisi paucis, et forte aliqua sunt ita
credibilia quod nec sunt intelligibilia
homini in vita ista, quia *quod oculus non
vidit, auris non audivit, nec in cor hominis
ascendit, praeparavit deus diligentibus se,*
sicut dicunt Esaias (Jes 64,3) et
Apostolus (1 Cor 2,9), quod et optime

eigentlichen und reinen Sinn wird sie *Wissenschaft*
genannt, weil sie durch Vernunft und Einsicht entsteht. Und
eine so bezeichnete Wissenschaft wird unterschieden
vom Glauben und aller Kenntnis der Dinge, die durch
Glauben als Glauben gehalten werden, weil sie sich auf
die durch Evidenz einsichtig gemachten Dinge und
nicht auf die geglaubten Dinge bezieht, die auf dem
Zeugnis eines anderen beruhen.

Aber eine solche Einsicht kann auf zweifache Weise
erlangt werden. Und dem entsprechend gibt es eine
Wissenschaft im eigentlichen Sinn auf zweifache Weise:
Denn auf die eine Weise gewinnt man sie Kraft der
natürlichen Vernunft, die auf natürliche Weise durch
Erleuchtung des natürlichen Lichtes alleine wirkt, oder
aufgrund einer allgemeinen göttlichen Erleuchtung,
über die oben gesprochen wurde. Auf die andere Weise
wirkt sie kraft der natürlichen Vernunft in einer
übernatürlichen Weise durch eine besondere Erleuch-
tung des übernatürlichen Lichtes. Durch die erste Art
wird eine Einsicht in die natürlichen Dinge durch die
philosophischen Wissenschaften gewonnen. Durch die
zweite Art aber wird (eine Einsicht) in die übernatürli-
chen Dinge, die sich in jener Wissenschaft finden,
gewonnen, und das insofern die zu glaubenden Dinge
entweder potentiell oder bereits aktuell einsehbar
geworden sind, wie wir unten sehen werden.

Weil daher diese Wissenschaft zu glaubende Dinge
enthält, die dem Menschen in diesem Leben nicht
vollständig einsehbar sind – und das auch nur
wenigen –, und weil vielleicht einige davon solcherart
zu glaubende sind, dass sie dem Menschen in diesem
Leben auch nicht einsehbar werden, weil "was kein
Auge gesehen und kein Ohr gehört und was keinen
Menschen in den Sinn gekommen ist, das hat Gott
denen bereitet hat, die ihn lieben", wie Jesaja und der
Apostel sagen (was sie auch sehr gut glauben), daher

5 AUGUSTINUS: *De libero arbitrio*, I, 7, 17.

credunt, ideo dicit Augustinus *De videndo Deum* quod *scientia nostra constat ex visis et creditis et in his quae videmus nos ipsi testes sumus, quae vero credimus testimonio alterius tenemus.*⁶ Unde sicut differunt scire ex visu proprio et ex auditu alterius dicto, sic differunt intelligere aliquod, quia evidentia eius menti est praesto, et credere solum ex alterius testimonio, secundum quod dicit Augustinus ibidem: *Praesentia intelligimus quae praesto sunt sensibus animi sive corporis; sicut enim hanc lucem corporis sensu, sic meam voluntatem plane video, quia praesto est animae sensibus. Si quis vero mihi indicet voluntatem suam, quia iam mihi latet sensu corporis et animi, credo, non video, aut si eum mentiri aestimo, non credo.*⁷

Ad primum in oppositum, quod theologia non habet causas et principia, dicendum quod falsum est, quia habet principia prima credibilia, ex quibus ductu naturalis rationis illustrante lumine supernaturali elici possunt credibilia posteriora pertinentia ad hanc scientiam, sicut in qualibet alia scientia ex primis principiis lumine naturalis rationis eliciuntur posteriora. Licet enim divina omnia sunt principia respectu rerum naturalium, in se tamen quaedam sunt priora quibusdam. Quae sunt secundum hoc principia aliorum; etiam in eis quae pertinent ad ipsum Deum secundum quod pater est

sagt Augustinus in (dem Brief) über die Schau Gottes, dass unsere Wissenschaft aus geschauten und geglaubten Dingen besteht und dass wir in diesen Dingen, die wir sehen, wir selbst Zeugen sind, jene aber, die wir glauben, halten wir aufgrund des Zeugnis eines anderen. Wie daher das auf eigener Schau basierende und das von einem anderen gehörte Wissen sich unterscheiden, so unterscheiden sich das Verstehen eines Sachverhalts, weil dieser dem Geist evident vor Augen steht, und das Glauben allein aus dem Zeugnis eines Anderen; wie Augustinus ebenda sagt: "Als Gegenwart begreifen wir die Dinge, die den Sinnen der Seele oder des Leibes zugegen sind. So wie ich nämlich dieses Licht mit dem körperlichen Sinn sehe, so sehe ich meinen Willen deutlich, weil er den Sinnen der Seele anwesend ist. Wenn mir jemand aber seinen Willen anzeigt, da er mir über die Sinne des Leibes und der Seele noch verborgen ist, glaube ich, aber ich sehe nicht; oder wenn ich meine, dass er lügt, glaube ich nicht."

Zum ersten Gegenargument, dass die Theologie keine Ursachen und Prinzipien habe, muss gesagt werden, dass es falsch ist, weil sie als ihre ersten Prinzipien die zu glaubenden Dinge hat, aus denen durch die Leitung der natürlichen Vernunft, die durch das übernatürliche Licht erleuchtet wird, jene zu glaubenden Dinge gewonnen werden können, die aus diesen folgen und zu dieser Wissenschaft gehören, so wie in jeder beliebigen anderen Wissenschaft aus den ersten Prinzipien durch das Licht der natürlichen Vernunft die aus ihr folgenden gewonnen werden. Denn wenn auch alle göttlichen Dinge Prinzipien bezüglich der natürlichen Dinge sind, so gibt es unter ihnen dennoch einige, die den anderen voraus liegen. Diese sind dementsprechend Prinzipien anderer Dinge. So verhält es sich auch in jene Dingen, die sich auf Gott selbst beziehen,

6 AUGUSTINUS, ep. 147,8.

7 AUGUSTINUS, ep 147,7.

<p>principium filii, pater et filius spiritus sancti.</p> <p>Ad secundum, quod theologia est de singularibus et sensibilibus, dicendum quod aliquid tractatur in scientia dupliciter: vel primo et propter se, ut sunt illa quae sunt de substantia et integritate scientiae vel secundario et propter illa quae principaliter tractantur ut per ea declarentur et facilius fiat doctrina et melius praecipiat addicens.</p> <p>Primo modo theologia sicut et quaelibet 43a alia scientia est de universalibus et intelligibilibus. Secundo modo bene potest esse de singularibus et sensibilibus. Et hoc modo historiae et gesta particularia et sensibilia in hac scientia introducuntur, non tam propter necessitatem scientiae quam propter declarationem eorum quae pertinent principaliter ad scientiam, et propter addiscentem, et hoc duplici de causa scilicet necessitatis et commoditatis.</p> <p>Necessitatis, eo quod divina, quia facultatem nostram excedunt, aliter capere non possumus secundum quod dicit Dionysius I caput de caelesti Hierarchia:⁸ <i>Non erat possibile nostro animo ad non materialem caelestium ascendere contemplationem, nisi ea quae secundum ipsum est materiali manuductione utamur.</i> Commoditatis, quia per exempla singularia sensibilia nobis consentanea facilius quaeque capimus,</p>	<p>insofern der Vater das Prinzip des Sohnes, der Vater und der Sohn jenes des Heiligen Geistes sind.</p> <p>Zum zweiten Gegenargument, wonach die Theologie sich auf einzelne und sinnlich erfassbaren Dinge erstreckt, muss gesagt werden, dass etwas in einer Wissenschaft in zweifacher Hinsicht behandelt wird: entweder primär und seiner selbst willen, so wie jene Dinge, die sich auf die Substanz und Unversehrtheit der Wissenschaft beziehen, oder in sekundär und wegen jener Dinge, die hauptsächlich behandelt werden, damit sie durch jene erklärt werden, so dass die Lehre leichter werde und den Lernenden besser anleitet.</p> <p>Nach der ersten Weise ist handelt die Theologie wie jede andere Wissenschaft auch über allgemeingültige und geistig erfassbare Dinge. Nach der zweiten Weise kann sie sich auch gut mit einzelnen und sinnlich erfassbaren Dingen beschäftigen. Und durch diese Art werden die Geschichte und die Einzeltgeschehnisse und die sinnlich wahrnehmbaren Dinge in dieser Wissenschaft eingeführt, aber nicht so sehr wegen der Notwendigkeit der Wissenschaft, als vielmehr wegen der Erklärung der Dinge, die sich hauptsächlich zu der Wissenschaft gehören, und wegen dem, der die Wissenschaft erlernt, und dieses nochmals aus einem zweifachen Grund, nämlich der Notwendigkeit und der Erleichterung. Der Notwendigkeit wegen, weil wir die göttlichen Dinge, da sie unsere Möglichkeit übersteigen, nicht anders erfassen können, gemäß dem, was Dionysius Areopagita im ersten Kapitel der Himmlischen Hierarchie sagt: <i>Es war unserem Verstand nicht möglich zur immateriellen Betrachtung der Himmel aufzusteigen, außer wir nehmen die materiellen Dinge zu Hilfe, wie es dem menschlichen Intellekt eigen ist.</i></p> <p>Der Erleichterung wegen, weil wir durch einzelne sinnhafte Beispiele, die uns entsprechen, leichter Inhalte verstehen, als wenn sie uns durch eine nützliche</p>
---	--

8 DIONYSIUS AREOPAGITA, *De caelesti hierarchia*, caput I, § 3.

<p>quam sermone utili nobis praeposita. Secundum quod dicit Augustinus libro <i>De mendacio: Divinae scripturae non solum praecepta Dei continent, sed etiam vitam moresque iustorum. Ut si forte occultum est quemadmodum accipiendum sit quod praecipitur, in factis sanctorum intelligatur.</i>⁹ Hinc etiam dicit Leo papa. <i>Validiora sunt exempla quam verba et plenius est opere docere quam sermone.</i>¹⁰ Unde et ista sensibilia historica in hac scientia sunt quasi exempla in aliis, quae licet ponere in omni scientia, ut facilius capiat qui addiscit, secundum quod dicitur primo <i>Priorum</i>. Nec tamen ut nuda exempla et pure historica talia in ista scientia sunt accipienda, quia tunc non essent omnino de integritate fidei et huius scientiae. Sed debemus ea accipere ut facta legis declarativa et cum hoc vim praeceptorum legis in se habentia. Secundum quod dicit Ambrosius in <i>Hexameron</i>. <i>Animadvertimus ea quae nunc in specie historiae traduntur vim statuisse legis in posterum.</i>¹¹</p> <p>Ad tertium, quod de his quae tenentur fide non est scientia, dicendum secundum iam dicta quod verum est stricte sumendo scientia, nisi in quantum credibilia sunt et intelligibilia. Large autem sumendo scientiam, bene verum etiam est quod de eis est scientia ut credibilia sunt, ut dictum est.</p>	<p>Rede vorgelegt werden. Dementsprechend sagt Augustinus im Buch <i>Über die Lüge</i> sagt: "Die göttlichen Schriften enthalten nicht nur Vorschriften Gottes, sondern auch das Leben und die Sitten der Gerechten. Damit, wenn vielleicht verborgen ist, wie etwas zu verstehen sei, was vorgeschrieben ist, in den Taten der Heiligen erkannt werde."</p> <p>So sagt auch Papst Leo: "Mehr vermögen Beispiele als Worte, und umfassender ist es durch das Werk als durch die Predigt zu lehren."</p> <p>Daher sind auch jene sinnlich erfassbaren und geschichtlichen Dinge in dieser Wissenschaft gleichsam Beispiele für anderes, das man in jeder Wissenschaft anführen kann, damit der, der lernt, leichter begreife, entsprechend dem, was im ersten Buch der <i>Ersten Analytik</i> gesagt wird. Und dennoch sind diese Beispiele nicht als nackte oder rein historische Tatsachen zu verstehen, weil sie dann überhaupt nicht zur Gesamtheit des Glaubens und dieser Wissenschaft gehören. Sondern wir müssen jene Dinge als erklärende Tatsachen des Gesetzes annehmen, und damit als solche, die die Kraft der Vorschriften des Gesetzes in sich haben. Gemäß dem, was Ambrosius im <i>Hexameron</i> sagt: "Wir nehmen die Dinge, die nun in geschichtlicher Gestalt vorgelegt werden, so wahr, dass sie für spätere Zeiten mit Gesetzeskraft erlassen worden sind."</p> <p>Zum dritten Gegenargument, wonach hinsichtlich der Dinge, die im Glauben gehalten werden, es keine Wissenschaft gibt, muss entsprechend dem bereits Gesagten gesagt werden, dass es wahr ist, wenn man der Wissenschaft im engen Sinn versteht, d.h. nur insofern die zu glaubenden Dinge auch einsichtig gemacht werden. Versteht man Wissenschaft aber im weiten Sinn, ist es auch richtig, dass es über diese Dinge, die zu glauben sind, ebenfalls eine Wissenschaft gibt,</p>
--	--

9 AUGUSTINUS, *De Mendacio* XV, 26.

10 [Nachweis]

11 AMBROSIUS, *Hexameron*, lib. 1, cap. X, 36.

<p>Ad quartum quod non procedit ex principiis per se notis, dicendum quod procedit ex principiis per se notissimis et certissimis in sua veritate et etiam fideli certitudine fidei. Licet prius quam credita facta sunt intellecta, non sint nota ex rei evidentia, vel licet etiam nec fide teneantur sine lumine fidei.</p>	<p>wie gesagt wurde. Zum vierten Gegenargument, wonach diese Wissenschaft nicht aus Prinzipien hervorgeht, die <i>per se</i> bekannt sind, muss gesagt werden, dass sie aus Grundlagen hervorgeht, die in höchster Weise <i>per se</i> bekannt und in ihrer Wahrheit höchst gewiss sind und dem Gläubigen auch durch die Gewissheit des Glaubens gewiss sind. Wenn sie freilich auch, bevor sie geglaubt werden, einsichtig gemacht und erkannt worden sind, so sind sie dennoch nicht bekannt aufgrund einer Evidenz der Sache, oder wenn sie freilich auch nicht im Glauben ohne das Licht des Glaubens gehalten werden.</p>
---	--

Teil II: fol. 43r-44v (Übersetzung Peter Becker)

<p>Circa secundum arguitur quod theologia non debeat dici sapientia.</p> <p>Primo sic. Scientia illa quae est sapientia, principia sua non supponit ab alio sed omnes aliae scientiae ab illa, ut vult philosophus IIII <i>Metaphysicae</i>. Scientia ista principia sua ab alio supponit cuius testimonio credit eis. Ergo et cetera.</p> <p>Secundo sic. Scientia quae sapientia dicitur, debet principia aliarum scientiarum probare contra negantes ea. Ibidem. Quod non potest facere haec scientia, quia non habet notiora intellectui quam sint principia aliarum scientiarum. Ergo et cetera.</p> <p>Tertio sic. Secundum Augustinum XIII et XIII <i>De Trinitate</i> fides pertinet ad scientiam, non ad sapientiam. Quare cum scientia ista est scientia fidei,</p>	<p>Zweitens wird argumentiert, dass die Theologie nicht Weisheit genannt werden dürfe.</p> <p>Erstens: Jene Wissenschaft, die Weisheit ist, nimmt ihre Prinzipien nicht von einem anderen, sondern alle anderen Wissenschaften nehmen diese von ihr, wie Aristoteles im 4. Buch der <i>Metaphysik</i> sagt: "Diese Wissenschaft nimmt ihre Prinzipien von einem anderen, auf dessen Zeugnis hin sie ihnen vertraut. Daraus folgt usw.</p> <p>Zweitens: Die Wissenschaft, die Weisheit genannt wird, muss die Prinzipien der anderen Wissenschaften gegenüber jenen beweisen, die sie verneinen (s. ebd). Das kann diese Wissenschaft nicht tun, denn sie hat keine Prinzipien, die dem Intellekt bekannter sind als jene der anderen Wissenschaften. Daraus folgt usw.</p> <p>Drittens: Nach Augustinus im 13. und 14. Buch über die Dreifaltigkeit gehört der Glaube zur Wissenschaft, nicht zur Weisheit. Weil daher jene Wissenschaft die Wissenschaft des Glaubens ist, wird sie eigentlich</p>
--	--

<p>scientia erit proprie, non sapientia.</p> <p>Quarto sic. Scientia quae est sapientia, est sui ipsius gratia, ut dicitur I Methaphysicae quod non conuenit huic scientiae, ut dictum est supra; et ut dicitur Io XX: <i>Haec scripta sunt ut credatis. Et non ut hoc tantum, sed ut credentes vitam habeatis.</i> Ergo et cetera.</p> <p>Contra est illud Apostoli I Cor II: <i>Sapientiam loquimur inter perfectos, quae non est nisi huius scientiae unde dicit ibi Glossa. De secretis dei.</i> Haec autem scientia maxime est de secretis dei. Ergo et cetera.</p> <p>Hic est intelligendum primo quod large accipiendo nomen sapientiae et stricte nomen scientiae, et Sapientia potest dici scientia, et scientia potest dici sapientia. Secundum quod dicit Augustinus XIII. <i>De Trinitate: Nec ista duo sic accipiamus (sc. scientiam et sapientiam) quasi non liceat dicere vel istam sapientiam quae est in rebus humanis, vel illam scientiam quae est in diuinis. Latiore enim consuetudine utraque sapientia, utraque scientia dici potest.</i>¹² Proprie tamen loquendo abinvicem distinguuntur, ut aliqua notitia dicatur communiori nomine scientia, non sapientia: alia vero proprio nomine dicatur sapientia et non scientia. Secundum quod Augustinus subdit ibidem: <i>Nulla modo tamen scriptum esset apud Apostolum, 'alii datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae', nisi et</i></p>	<p>Wissenschaft sein, nicht Weisheit.</p> <p>Viertens. Die Wissenschaft, die Weisheit ist, besteht um ihrer selbst willen, wie es im ersten Buch der Metaphysik heißt, dass dies dieser Wissenschaft nicht zukomme, wie oben gesagt ist und wie Joh 20 (v.31) sagt: "Dies ist geschrieben, damit ihr glaubt." Und nicht nur deswegen, "sondern damit ihr Glaubende das Leben habt." Daraus folgt usw.</p> <p>Dagegen steht, was der Apostel in 1 Kor 2 (v.6) sagt: "Wir verkünden die Weisheit unter den Vollkommenen", die nur dieser Wissenschaft zugehört. Daher sagt die Glosse zu der Stelle: "über die Geheimnisse Gottes". Diese Wissenschaft handelt aber in höchster Weise von den Geheimnissen Gottes. Daraus folgt usw.</p> <p>Hier muss man zunächst verstehen, dass, wenn der Begriff Weisheit im weiten Sinn und der Begriff Wissenschaft im engen Sinn genommen wird, sowohl die Weisheit Wissenschaft als auch die Wissenschaft Weisheit genannt werden kann. So sagt Augustinus im 13. Buch von <i>De Trinitate</i>: "Wir wollen diese beiden (nämlich die Wissenschaft und die Weisheit) nicht so auffassen, als ob es nicht erlaubt wäre, jene Weisheit zu nennen, die von den menschlichen Dingen handelt, und jene Wissenschaft zu nennen, die sich auf die göttlichen Dingen erstreckt. Im weiteren Sprachgebrauch kann nämlich beides Weisheit und beides Wissenschaft heißen." Sie werden jedoch im eigentlichen Sinne sprachlich so voneinander unterschieden, dass eine gewisse Kenntnis mit einem allgemeineren Namen als 'Wissenschaft', und nicht als 'Weisheit' bezeichnet wird, die andere wiederum wir mit dem eigentlichen Namen 'Weisheit' und nicht 'Wissenschaft' genannt wird. So legt Augustinus ebendort dar: "Nirgends würde nämlich beim Apostel geschrieben stehen, dass dem einen die Rede der Weisheit, dem anderen die Rede der Wissen-</p>
---	--

12 AUGUSTINUS, De Trinitate XIII, 19, 24.

*proprie singulis rationibus haec singula vocarentur.*¹³ Unde, ut statim determinat libro XIII, *Scientia proprie est notitia de humanis et temporalibus rebus, sapientia vero de divinis et aeternis.*¹⁴

Ex quo statim apparet solutio ad quaestionem. Licet enim scientia aliqua philosophica sit de divinis et aeternis, quia tamen nulla scientia philosophica est de Deo principaliter, ut de subiecto et obiecto. Neque etiam de eo considerat aliter quam modo humano, notitiam eius eliquando ex rebus sensibilibus et creaturis. Sola autem theologia principaliter ut de subiecto et obiecto est de deo, et modo divino et superhumano de ipso considerando. Idcirco patet quod sola theologia simpliciter sapientia debet dici, et quod nulla scientia philosophica respectu eius sapientia dici possit. Sed ut istud quomodo ei conveniat apertius videamus, cum sapientia nomine suo nihil aliud dicat quam praerogativam quandam supra nomen scientiae, considerandum est quae sit illa praerogativa quam sapientia habet supra scientiam simpliciter. Quae si inveniatur principaliter in hac scientia super omnes alias, patebit quomodo et quare proprie sapientia dici debeat.

Notandum igitur quod scientia nomine suo nihil aliud dicit, nisi certam notitiam de re aliqua, ita quod – ut dictum est in quaestione praecedenti –, omnis certa notitia de re communi

schaft gegeben ist, wenn sie nicht eigentlich wegen je eigener Gründe als diese einzelnen genannt würden." Daher bestimmt er sogleich im 14. Buch: "Wissenschaft im eigentlichen Sinn ist die Kenntnis der menschlichen und zeitlichen Dinge, die Weisheit jedoch jene der göttlichen und ewigen."

Hieraus ergibt sich sogleich die Lösung der Frage. Wenn es auch eine philosophische Wissenschaft hinsichtlich der göttlichen und ewigen Dinge gibt, so handelt dennoch keine philosophische Wissenschaft über Gott in ursprünglicher Weise, als über ihr Subjekt oder Objekt. Sie betrachtet ihn auch nicht anders als auf menschliche Weise, indem sie die Kenntnis über ihn aus den sinnlichen und geschaffenen Dingen herleitet. Denn nur die Theologie befasst sich in ursprünglicher Weise mit Gott als ihr Subjekt und Objekt, indem sie ihn auf göttliche und übermenschliche Weise betrachtet. Daraus wird klar, dass nur die Theologie schlechthin Weisheit genannt werden darf und dass keine philosophische Wissenschaft im Hinblick auf sie Weisheit genannt werden kann.

Aber damit wir noch klarer sehen, wie ihr dies zukommt, da die Weisheit von ihrem Begriff her ja nichts anderes als einen gewissen Vorrang vor dem Begriff der Wissenschaft bezeichnet, ist zu erwägen, worin dieser Vorrang besteht, den die Weisheit schlechthin vor der Wissenschaft hat. Wenn man den Vorrang, den diese Wissenschaft vor den anderen schlechthin hat, findet, wird klar werden, wie und weshalb sie im eigentlichen Sinne Weisheit genannt werden muss.

Es muss deshalb festgehalten werden, dass die Wissenschaft ihrem Begriff nach nichts anderes besagt, als dass sie eine gewisse Kenntnis einer Sache darstellt, so dass – wie in der vorhergehenden Quaestio gesagt wurde – jede sichere Kenntnis einer Sache gemeinhin

13 AUGUSTINUS, De Trinitate XIII, 19, 24.

14 AUGUSTINUS, De Trinitate XIV, 1, 3.

nomine scientia potest dici. Quare cum nomine sapientiae nihil nisi quaedam praerogativa scientiae exprimitur, et praerogativa rei debet esse in eo quod est formale et perfectio eius. Perfectio autem formalis scientiae, qua notitia aliqua scientia dicitur, est certitudo notitiae in ipsa. Scientia igitur una ex hac praerogativa super alias debet dici sapientia, quia scilicet in certitudine alias excedit. Et quia certitudo scientiae causatur ex causis et principiis eius quae considerat, et principia quanto sunt priora et altiora, tanto sunt in sua veritate certiora; et ex hoc etiam tanto magis sunt causa certitudinis et veritatis omnium eorum quae sunt post, ut dicitur II *Metaphysicae*, idcirco contingit quod scientia, quae simpliciter dicenda est sapientia respectu omnium aliarum, debet considerare prima principia simpliciter omnium et altissima, et maxime inter illa illud quod est maxime primum. Illud enim est prima causa et principalis propter quam scientia dicenda est sapientia.

Secundum quod dicit philosophus I *Metaphysicae*: *Arbitramur, inquit, certiorum et doctissimum causarum sapientiorum esse circa omnem scientiam. Certissimae autem scientiarum, maxime primorum sunt. Scire enim et intelligere maxime propter has, propter enim haec et ex his alia cognoscuntur. Et cum hoc quod scientia dicitur sapientia, quia est causarum altissimarum, ex hoc maxime dicenda est sapientia, quod considerat causam quae est finis et bonum ulti-*

Wissenschaft genannt werden kann. Daher wird mit dem Begriff Weisheit nichts anderes als ein gewisser Vorrang der Wissenschaft ausgedrückt, und der Vorrang der Sache muss in dem bestehen, was die Form betrifft und seine Vollkommenheit ausdrückt. Jedoch ist die formale Vollkommenheit einer Wissenschaft, wodurch eine bestimmte Kenntnis Wissenschaft genannt wird, die Gewissheit dieser Kenntnis in sich selbst. Deshalb muss eine Wissenschaft genau wegen dieses Vorrangs vor den anderen Weisheit genannt werden, weil sie die anderen an Gewissheit überragt. Und da die Gewissheit einer Wissenschaft durch die Ursachen und Prinzipien dessen, was sie betrachtet, verursacht wird und da die Prinzipien in ihrer Wahrheit umso gewisser sind, je früher und höher sie sind, und deswegen auch umso mehr Ursache der Gewissheit und der Wahrheit aller nachfolgenden Dinge sind, wie im 2. Buch der *Metaphysik* gesagt wird, deshalb kommt es dazu, dass die Wissenschaft, die hinsichtlich aller anderen 'Weisheit' genannt werden muss, die schlechthin ersten und höchsten Prinzipien aller Dinge betrachten muss, und unter jenen vor allem das, was das Allererste ist. Jenes ist nämlich die erste und ursprüngliche Ursache, deretwegen eine Wissenschaft Weisheit genannt werden muss.

So sagt Aristoteles in ersten Buch der *Metaphysik*: "Wir halten jenen, der gewisser und gelehrter ist in Bezug auf die Ursachen für weiser bezüglich aller Wissenschaft." Die gewissesten unter den Wissenschaften jedoch sind jene der allerersten Dinge. Wissen und Erkennen stammen nämlich vor allem aus jenen und wegen dieser und aus diesen werden nämlich die anderen erkannt. Und deshalb gilt, dass jene Wissenschaft Weisheit heißt, weil sie von den höchsten Ursachen handelt. Darum ist sie im höchsten Maße Weisheit zu nennen, weil sie Ursache betrachtet, die das Ziel und das letzte Gut darstellt, um derentwillen alles

mum, cuius gratia agendum est unumquodque, et verum primum, quod est causa cognoscendi unumquodque.

Secundum quod de primo dicitur I *Methapysicae: Antiquissima scientia et principalis cognoscens est cuius causa est agendum unumquodque. Hoc autem est bonum uniuscuiusque: omnino autem in natura potissimum omnium.* De secundo dicitur II. *Metaphysicae: Rectum est vocare scientiam veritatis philosophiae philosophiam speculativam. Finis enim scientiae speculativae est veritas.*

Ex quo consequenter contingit quod huiusmodi scientiae necesse est esse principia quae sunt semper in fine veritatis, neque habent causam in esse vera, sed sunt causa in hoc aliarum rerum. Unde et de utroque dicit Augustinus simul in libro suo *de Academicis: Dico, inquit, haec maxime esse consideranda: initium veri et finem bonorum; nec sapientem esse qui aut cognoscendi initium ignorat aut extremum expetendi, ut aut unde proficiscatur aut quo perveniendum sit nesciat.*¹⁵ Et quod ob hanc causam scientia debeat dici sapientia, quia scilicet considerat primas causas et altissimas specialius inspiciendo, patet dupliciter: primo ex conditionibus sapientis simpliciter, secundo ex conditionibus sapientis alicuius in aliquo genere scientiae particularis.

Primo enim patet ex sapiente simpliciter, quia omnes conditiones, secundum quas describit philosophus sapien-

getan werden muss, und das erste Wahre, aufgrund dessen alles erkannt wird.

Über das erste heißt es im ersten Buch der *Methapysik*: "Die älteste und ursprünglich erkennende Wissenschaft ist jene, aufgrund deren Ursache ein jedes zu tun ist. Dies jedoch ist das Gute eines jeden, das insgesamt in seiner Natur mächtiger als alles ist." – Über das zweite heißt es im zweiten Buch der *Metaphysik*: "Es ist richtig, die Wissenschaft der philosophischen Wahrheit spekulative Philosophie zu nennen. Der Zweck der spekulativen Wissenschaft ist nämlich die Wahrheit."

Daraus ergibt sich folgerichtig, dass eine solche Wissenschaft Prinzipien haben muss, die immer die Wahrheit zum Zweck haben, und ihre Ursache nicht darin haben, wahr zu sein, sondern darin, Ursache aller anderen Dinge zu sein.

Daher sagt auch Augustinus über diese beiden Aspekte in seinem Buch *De Academicis*: "Ich sage, dass vor allem das bedacht werden muss, nämlich der Anfang des Wahren und der Zweck des Guten. Niemand ist weise, der den Beginn des Erkennens oder den Ausgang des Strebens nicht kennt, so dass er weder weiß, woher er kommt, noch wohin er gelangen soll." Und dass aus diesem Grund die Wissenschaft Weisheit genannt werden müsse, weil sie die ersten und höchsten Ursachen betrachtet, indem sie sie einer spezielleren Untersuchung unterzieht, wird auf zweifache Weise klar: erstens aus den Bedingungen des Weisen schlechthin, und zweitens aus den Bedingungen eines Weisen in irgendeiner Art einer Teilwissenschaft.

Es wird erstens klar aus dem Weisen schlechthin, weil alle Bedingungen, nach denen Aristoteles den Weisen und die Weisheit schlechthin beschreibt, ihm

tem et sapientiam simpliciter, conveniunt ei ex hoc quod considerat causas primas et altissimas. Ita quod prima conditio sapientis est scire omnia quodammodo per universalem scientiam, et secunda difficilia huiusmodi, et tertia quod debet esse certior et doctissimus causarum, et quarta quod eius scientia sui ipsius causa est, et quinta quod eius non est famulare, sed famulari, ordinare, non ordinari, suadere non suaderi.

Secundo similiter patet idem ex sapiente particulari, quia quod aliquis sapiens dicitur in sua facultate, hoc convenit ei ex certitudine scientiae quam habet de re et cognitione causae in illa facultate. Semper enim in eodem genere scientiae sapientior dicitur sciens causam quam ignorans eam. Secundum quod dicit philosophus I *Metaphysicae*, quod *artifices sapientiores expertis sunt et manu artifice architector, quia hi causas sciunt, illi autem non; quia enim sciunt, sed propter quid nesciunt. Et inter scientes causas semper sapientior dicitur qui priores causas novit, sive in eodem genere scientiae, sive in diverso.*¹⁶ Secundum quod secundum philosophum speculativus sapientior dicitur activo.

Et est advertendum quod scientia non dicitur sapientia ex certitudine causarum quas considerat, certitudine dico considerata ex parte scientis, quae causatur ex evidentia sibi facta apud intellectum de re scita, sed certitudine

deshalb zukommen, weil er die ersten und höchsten Ursachen betrachtet. So ist die erste Bedingung des Weisen, alles gewissermaßen durch eine Universalwissenschaft zu wissen, die zweite Bedingung, die diesbezüglichen Schwierigkeiten zu kennen, die dritte, dass er sicherer und im Hinblick auf die Ursachen höchst unterwiesen sein muss, die vierte, dass seine Wissenschaft um ihrer selbst besteht, die fünfte, dass er zu Diensten steht, und nicht unterstützt wird, dass er ordnet und nicht geordnet wird, dass er überzeugt und nicht überzeugt wird.

Zweitens wird es klar bei dem, der in einer bestimmten Sache weise ist, denn dass jemand in Bezug auf seine Fähigkeit weise genannt wird, das kommt ihm aufgrund der Gewissheit der Wissenschaft zu, die er von der Sache hat, und aufgrund seiner Kenntnis der Ursache in jener Fähigkeit. In jeder Art von Wissenschaft wird nämlich immer der weiser genannt, der die Ursache kennt, als jener, der sie nicht kennt. So sagt Aristoteles im ersten Buch der *Metaphysik*, dass "die Philosophen weiser als sind die, die (nur) Erfahrung haben, der Architekt weiser als der Handwerker, denn diese wissen die Ursachen, jene jedoch nicht. Jene wissen zwar (etwas), aber weshalb dies so ist, wissen sie nicht. Und unter denen, welche die Ursachen wissen, wird immer der weiser genannt, welcher die früheren Ursachen kennt, entweder in der gleichen oder in einer anderen Art der Wissenschaft." Demzufolge wird, wie Aristoteles sagt, der Spekulative weiser genannt als der Aktive.

Man muss aber darauf achten, dass die Wissenschaft nicht Weisheit genannt wird aufgrund der Gewissheit der Ursachen, die sie betrachtet, als eine Gewissheit vom Wissenden her betrachtet, welche durch die Evidenz der gewussten Sache im Verstand verursacht wird, sondern wegen der Gewissheit, von der

16 ARISTOTELES, *Metaphysik I*, 981a/b.

considerata ex parte rei scitae, quia scilicet principia prima quae considerat certissima sunt quantum est de se in sua veritate, quia prima sunt. Et ideo sunt in hoc causa veritatis aliorum, ut dicitur II *Metaphysicae*: *Licet propter suam abstractionem et debilitatem nostri intellectus qui evidentiam illorum non potest attingere, nobis sive sapienti in ea non possunt esse notissima*. Secundum quod dicitur ibidem quod manifestissima in sua natura sunt difficilis cognitionis in veritate sua, non propter se, sed propter nos, quia dispositio intellectus nostri ad ipsa est similis dispositioni oculorum vespertilionis ad lucem solis. Nisi enim sic esset, prima philosophia scilicet metaphysica, inter scientias philosophicas non diceretur sapientia. Non enim philosophus habet certissimam scientiam quantum est ex parte evidentiae sibi factae de scibilibus in illa scientia, quam evidentiam multo maiorem habet mathematicus de scibili suae scientiae. Et ideo ratione illa mathematica deberet dici sapientia potius quam methapsica, quod falsum est. Sed philosophus certissimas causas considerat quantum est ex parte rei scitae, et ideo super omnes scientias philosophicas sua scientia sapientia dicitur. Quare cum theologia considerat causas altissimas et profundiora et altiora circa illas quam scientia humana posset attingere, et maxime circa illam causam quae Deus est, qui et causarum et omnium est principium, ut dicitur I *Metaphysicae*: *Quam summe considerat ut*

gewussten Sache her betrachtet; denn die ersten Prinzipien, welche sie betrachtet, sind höchst gewiss in Bezug auf sich in ihrer Wahrheit, denn sie sind die ersten. Deshalb sind sie darin die Ursache der Wahrheit der anderen, wie im zweiten Buch der *Metaphysik* gesagt wird: "Aufgrund ihrer Abstraktion und der Schwachheit unseres Verstandes, der an die Evidenz jener nicht herankommen kann, können sie uns oder dem Weisen in sich nicht vollkommen bekannt sein." Dazu wird ebendort gesagt, dass sie ihrer Natur nach zwar offenkundigst sind, aber in ihrer Wahrheit schwierig zu erkennen sind, nicht aufgrund ihrer selbst, sondern wegen uns; denn die Disposition unseres Verstandes verhält sich im Vergleich zu ihnen wie die Disposition der Eulenaugen zum Sonnenlicht.

Wenn es nämlich nicht so wäre, würde die erste Philosophie, nämlich die Metaphysik, unter den philosophischen Wissenschaften nicht Weisheit genannt werden. Der Philosoph hat nämlich keine völlig sicheres Wissen (Wissenschaft), insofern er es aus der Evidenz gewinnt, die ihn über die in dieser Wissenschaft wissbaren Dingen erreicht. Eine solche Evidenz hat in viel größerem Umfang der Mathematiker aus den wissbaren Dingen seiner Wissenschaft. Aus diesem Grund müsste die Mathematik eher Weisheit genannt werden als die Metaphysik, was falsch ist. Aber der Philosoph betrachtet die ganz gewissen Ursachen von Seiten der gewussten Sache, und deshalb wird vor allen anderen philosophischen Wissenschaften seine Wissenschaft Weisheit genannt. Da nun die Theologie die höchsten Ursachen betrachtet, die tiefgründiger und höher sind, verglichen mit jenen, an welche die menschliche Wissenschaft heranreichen kann, und vor allem in Bezug auf jene Ursache, die Gott ist, welcher der Anfang der Ursachen und aller Dinge ist, wie es im ersten Buch der Metaphysik heißt: "Sie betrachtet diese (höchste Ursache), insofern sie erstes Prinzip aller Dinge

est primum principium omnium, omne ens in quantum verum producendo in esse a prima veritate quae ipse est, et ut est omnium finis ultimus, omne ens in quantum bonum, in bonum ultimum quod ipse est reducendo quo ad bene esse.

Circa enim Deum theologus considerat non solum quae circa eum philosophus ex creaturis potuit cognoscere, sed etiam illa quae ipsi deo soli nota erant naturaliter de se, quae nec supremus angelus |44a| cognitione naturali potest attingere, quae nobis revelavit per Spiritum Sanctum, et in hac sacra scientia sunt conscripta. Secundum quod dicit Apostolus I ad Corinthios II: *Loquimur sapientiam Dei in ministerio¹⁷, quae abscondita est, quam praedestinavit Deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo principum huius seculi novit. Sicut scriptum est: Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae preparavit deus diligentibus se. Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum. Spiritus enim scrutatur omnia etiam profunda Dei. Quis enim scit hominum quae sunt hominis, nisi spiritus hominis. Ita quod quae Dei sunt nemo cognoscit nisi Spiritus Dei. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis, quae et loquimur, non in doctis humanae sapientiae verbis, sed in doctrina spiritus.*

ist, welches alles Seiende, insofern es wahr ist, ins Sein führt, von der ersten Wahrheit her, die er selbst ist; und insofern er das letzte Ziel aller Dinge ist, welches alles Seiende, insofern es gut ist, zum letzten Gut, welches er selber ist, zurückführt, um gut zu sein."

In Bezug auf Gott betrachtet der Theologe nämlich nicht nur das, was in Bezug auf ihn der Philosoph aus den geschaffenen Dingen erkennen konnte, sondern auch das, was Gott selbst über sich gleichsam natürlich bekannt war und was nicht einmal der höchste Engel durch naturhafte Erkenntnis berühren kann und was er uns durch den Heiligen Geist offenbarte und was in dieser heiligen Wissenschaft aufgeschrieben ist. So sagt der Apostel in 1 Kor 2 (vv. 7-13): "Wir verkünden im "Dienstamt" (siehe Anm. 18) die Weisheit Gottes, die verborgen ist und die Gott vor aller Zeit zu unserer Verherrlichung ausersehen hat, welche keiner der Fürsten dieser Welt kennt. So wie geschrieben steht: Was das Auge nicht gesehen hat und das Ohr nicht gehört hat und was nicht in das Herz des Menschen aufgestiegen ist, das hat Gott denen bereitet, die ihn lieben. Uns aber hat Gott es offenbart durch seinen Geist. Der Geist nämlich erforscht alles, auch die Tiefen Gottes. Wer von den Menschen nämlich weiß, was des Menschen ist, wenn nicht der Geist des Menschen. So erkennt niemand, was Gottes ist, außer dem Geist Gottes. Wir aber haben nicht den Geist dieser Welt empfangen, sondern den Geist, der aus Gott ist, damit wir wissen, welche Dinge uns von Gott geschenkt sind. Diese verkünden wir auch, nicht in gelehrten Worten menschlicher Weisheit, sondern in der Lehre des Geistes."

17 Vulgata: "mysterio" (= "im Geheimnis). Der Druck von 1520 wählte hier die Variante "ministerio".

<p>Absolute ergo dicendum, quod theologia vere et proprie debet dici sapientia super omnes scientias humanas, non obstante quod minorem habet evidentiam de suo scibili quam scientiae philosophicae de suo. Cui concordat Avicenna qui describens sapientiam dicit in primo <i>Metaphysicae</i>: <i>Sapientia est excellentior scientia ad sciendum id quod est excellentius scitum, et est prima causa-rum totius.</i>¹⁸ Hinc de hac scientia dicitur Deuteronomium III: <i>Haec est sapientia nostra et intellectus coram populis</i>. Respectu ergo huius sapientiae omnis alia notitia absolute scientia debet dici, quaecumque enim aliquorum contentorum sub nomine communi res communis per aliquam praerogativam convenit uni illorum, illi appropriatur nomen quod praerogativa exprimit, et alteris reseruat nomen commune.</p> <p>Sicut nomen accidentis simpliciter tenet omne accidens quod a communibus principiis subiecti causatur. Quod vero causatur a principiis propriis subiecti, nomine appropriato dicitur proprium, licet manat de genere accidentium, sicut dicit Boethius. Unde omnia ea quae dicit philosophus in commendatione suae sapientiae, multo verius possumus dicere in commendatione huius nostrae sapientiae, videlicet quod haec sola scientiarum libera est, et iuste non humana reputatur nec huiusmodi aliam est congruum aestimare honorabilio-</p>	<p>Man muss also uneingeschränkt sagen, dass die Theologie wirklich und im eigentlichen Sinn vor allen menschlichen Wissenschaften Weisheit genannt werden muss, ungeachtet der Tatsache, dass sie von ihrem Wissbaren her betrachtet eine geringere Evidenz hat als die philosophischen Wissenschaften von ihrem. Damit stimmt Avicenna überein, der im ersten Buch der <i>Metaphysik</i> die Weisheit beschreibt und sagt: "Die Weisheit ist eine hervorragendere Wissenschaft, um das zu wissen, was hervorragender gewusst wird, und das ist die erste der Ursachen des Ganzen." Infolgedessen heißt es in Deuteronomium 4 (v. 6) von dieser Wissenschaft: "Das ist unsere Weisheit und unsere Erkenntnis vor den Völkern." In Bezug auf diese Weisheit also muss grundsätzlich alle andere Kenntnis Wissenschaft genannt werden, denn unter denen, die unter gemeinsamem Namen verbunden sind, kommt aufgrund eines gewissen Vorrangs einer einzigen unter ihnen die gemeinsame Sache zu, ihr wird der Name zugeordnet, welcher der Vorrang ausdrückt und den anderen bleibt der gemeinsame Name erhalten.</p> <p>Genauso wie unter dem Namen Akzidenz schlechthin jede Akzidenz fällt, welche von den gemeinsamen Prinzipien des Subjektes verursacht wird. Was aber von den eigenen Prinzipien des Subjektes verursacht wird, wird durch Anpassung des Begriffs auf eigene Weise genannt, oder es rührt von der Art der Akzidentien her, wie Boethius sagt. Hieraus ergibt sich alles, was der Philosoph im Lob seiner Weisheit sagt. Noch wahrer können wir es im Lob unserer Weisheit sagen, nämlich dass diese allein von den Wissenschaften eine freie ist und dass sie gerechter-weise nicht für menschlich gehalten wird und auf diese Weise keine andere für ehrbarer zu halten ist. Sie ist nämlich göttlich, ganz ehrenvoll und die Göttin unter den Wissenschaften. In</p>
---	---

18 AVICENNA LATINUS, *Liber de philosophia prima sive scientia divina* I,1; ed. S. Van Riet avec la collaboration de M. Cl. Lambrechts, Louvain 1977, 3.

<p>rem, divina enim est et honorabilissima et dea scientiarum. Ubi et per hoc sapientiam suam commendando signavit istam, cum continue subiunxit: <i>Etsi qua alia divinatorum sit, et hanc talem aut solus aut maxime Deus habet.</i></p>	<p>seinem Lob kennzeichnet er dadurch seine Weisheit, dass er anschließend hinzufügt: "Wenn es auch irgendeine andere (Wissenschaft) des Göttlichen gibt, eine solche hat entweder nur Gott oder Gott im höchsten Maß nur Gott oder Gott im höchsten Maß."</p>
<p>Ad primum in oppositum, quod theologia sua principia supponat ab alio, dicendum, quod si principia sua supponit ab alio, hoc non est ab alia scientia, quia hoc derogaret sapientiae, sed quod ea supponit, hoc est a solo Deo auctore huius scientiae. Unde sicut prima philosophia sua principia supponit ex testimonio naturalis rationis, cuius est illam scientiam investigare, sic ista supponit sua principia ex testimonio Dei, cuius est eam revelare; nec hoc in aliquo dignitati sapientiae derogat.</p>	<p>Auf das erste Gegenargument, dass die Theologie ihre Prinzipien von etwas anderem her nimmt, muss man sagen, dass, wenn sie ihre Prinzipien von etwas anderem nimmt, so bedeutet das nicht "von einer anderen Wissenschaft", denn das würde ihrer Natur als Weisheit abträglich. Aber, dass sie die Prinzipien entgegennimmt, kommt von Gott allein als Urheber dieser Wissenschaft. Wenn daher die erste Philosophie ihrer Prinzipien aus dem Zeugnis der natürlichen Vernunft erhält, welcher es zukommt jene Wissenschaft zu erforschen, so nimmt diese (die Theologie) ihre Prinzipien aus dem Zeugnis Gottes, welchem es zukommt jene zu offenbaren. Und das beschränkt in keiner Weise ihre Würde als Weisheit.</p>
<p>Ad secundum, quod ista scientia non potest probare principia aliarum scientiarum, dicitur infra in quaestione de principalitate huius scientiae super alias, ubi argumentum hoc magis habet locum quam hic.</p>	<p>Zweitens: Dass diese Wissenschaft nicht die Prinzipien der anderen Wissenschaften beweisen könne, das soll unten in der Quaestio über die Vorrangigkeit dieser Wissenschaft über die anderen besprochen werden. Dort hat das Argument eher seinen Platz als hier.</p>
<p>Ad tertium, quod ista est scientia fidei, quae non pertinet ad sapientiam dicendum, quod in fide tria considerantur, scilicet habitus fidei, et modus sciendi sive cognoscendi per fidem, et ipsum creditum sive obiectum fidei.</p>	<p>Drittens: Darauf, dass jene eine Glaubenswissenschaft sei, welche nicht zur Weisheit gehöre, ist zu sagen, dass hinsichtlich des Glaubens drei Punkte zu beachten sind, nämlich der Habitus des Glaubens, die Art des Wissens oder des Erkennens durch den Glauben und das Geglaubte selbst bzw. das Objekt des Glaubens.</p>
<p>Primo modo fides pertinet ad scientiam, non ad sapientiam; in quantum scilicet fides est temporale quod, non aeternum. Et similiter secundo modo</p>	<p>Auf erste Art gehört der Glaube zur Wissenschaft, nicht zur Weisheit, insofern der Glaube etwas Zeitliches und nicht etwas Ewiges ist. Ähnlich verhält es sich in der zweiten Art, insofern er nämlich aufgrund seiner</p>

<p>inquantum scilicet est propter suam imperfectionem evacuabilis. Tertio modo partim pertinet ad scientiam, inquantum scilicet est de temporalibus partim vero ad sapientiam scilicet inquantum est de aeternis. Et quo ad hoc aliqui solebant dicere quod ista scientia partim est sapientia partim scientia, quod verum est, considerando haec et illa, temporalia scilicet et aeterna, in se et absolute.</p> <p>Sed non sic cadit consideratio temporalium in hac scientia, sed solum inquantum habent ordinari ad aeterna, et sunt propter considerationem aeternorum. Secundum quod hoc declarat Augustinus XIII. de Civitate in exemplo dicit: <i>Sapientia divinis, Scientia humanis, attributa sit [rebus] utrumque agnosco in Christo in eo quod scriptura dicit. Verbum caro factum est. In verbo intelligo Dei filium, in carne agnosco verum hominis filium. In rebus per tempus ortis homo coniunctus est Deo, in rebus vero aeternis summa veritas attribuitur Dei filio. Et sequitur: Scientia ergo nostra Christus est, sapientia quoque nostra idem Christus est. Per ipsum pergimus ad ipsum, tendimus per scientiam ad sapientiam.</i>¹⁹ Inquantum ergo temporalium consideratio non est in hac scientia, nisi in relatione ad aeterna, tota sapientiae consideratio est, secundum quod etiam in prima philosophia consideratio substantiae sensibilis est propter considerationem quiditatis</p>	<p>Unvollkommenheit die Möglichkeit in trägt, leer zu werden. Auf dritte Art gehört er teilweise zur Wissenschaft, insofern er vom Zeitlichen handelt, teilweise gehört er zur Weisheit, insofern er vom Ewigen handelt. Und daher kommt es, dass einige zu sagen pflegten, dass diese Wissenschaft teilweise Weisheit und teilweise Wissenschaft sei, was wahr ist, wenn dies und jenes bedacht wird, das Zeitliche und das Ewige in sich und schlechthin.</p> <p>Aber die Betrachtung der zeitlichen Dinge fällt nicht auf diese Weise unter diese Wissenschaft, sondern nur insofern, sie dazu beitragen, auf die ewigen Dinge hinzuordnen und insofern sie wegen der Betrachtung der ewigen Dinge in den Blick kommen. Demzufolge erklärt Augustinus im 13. Buch von <i>De civitate Dei</i> in einem Beispiel: "Dass die Weisheit den göttlichen, die Wissenschaft den menschlichen Dingen zugeordnet sei, dies beides erkenne ich an in Christus, da über ihn die Schrift sagt: Das Wort ist Fleisch geworden. Im Wort erkenne ich den Sohn Gottes, im Fleisch anerkenne ich ihn als wirklichen Menschensohn. In den Dingen, die in der Zeit aufgehen, wird der Mensch mit Gott verbunden, in den ewigen Dingen aber wird die höchste Wahrheit dem Sohn Gottes zugeordnet." Und er schreibt weiter: "Unsere Wissenschaft ist also Christus und auch unsere Weisheit ist derselbe Christus. Durch ihn bewegen wir uns zu ihm selbst, streben wir durch die Wissenschaft zur Weisheit." Insofern sich also in dieser Wissenschaft keine Betrachtung der zeitlichen Dinge findet, außer in Beziehung zu den ewigen, ist die gesamte Betrachtung jene der Weisheit; so wie auch in der ersten Philosophie die Betrachtung der sinnhaften Substanz wegen der Betrachtung der Wesenheit der abgetrennten ewigen Substanz.</p>
---	--

19 AUGUSTINUS, De Trinitate XIII, 19, 24.

substantiae aeternae separatae.

Ad quartum, quod ista scientia non est sui ipsius gratia, dicendum quod proprie loquendo nulla scientia ut scientia est sui ipsius gratia. Notitia enim suprema, quae erit in patria per veritatem in intellectu, ordinatur ad fruitionem boni per amorem in affectiva, ut aliquando videbitur cum fuerit sermo opportunus de hoc. Omnis etiam notitia huius ad scientiam vitae futurae ordinari debet. Unde philosophus dicens quod scire sapientiae est sui ipsius gratia, vel loquitur (de scire) ex pura ratione naturali et perfectione quam potest attingere homo ex puris naturalibus, et verum est quod ultra scire nihil perfectius potest attingere homo pura vi naturalis rationis, vel si intendit quod ultima perfectio hominis in illo scire consistit, errat nihil sentiens de scientia ista, ad quam ordinari debet omnis scientia philosophica; |44v| quae etiam absolute non est sui ipsius gratia nec propter se, sed ordinata ad istam, et mediante ista ad claram notitiam patriae, quae non erit ad ulteriorem scientiam ordinanda. Et ideo verissime quo ad hoc, scientia ista sui ipsius gratia dicenda est esse et propriissime sapientia, in quantum non est ulterior scientia expectanda in hac vita.

Absolute autem sapientia solum potest dici caelestis vitae contemplatio, quae altiora speculatur de primo principio quam capere non potest humana aestimatio. Respectu cuius ista scientia et quaelibet alia vix absoluto nomine

Viertens: Darauf, dass diese Wissenschaft nicht um ihrer selbst willen betrieben wird, muss gesagt werden, dass im eigentlichen Sinn keine Wissenschaft um ihrer selbst willen betrieben wird. Die höchste Kenntnis nämlich, die in der(ewigen) Heimat durch die Wahrheit im Verstand sein wird, wird zum Genuss des Guten durch die Liebe auf das Affektive hingeeordnet, wie wir irgendwann einmal zeigen werden, wenn sich die Gelegenheit ergibt, darüber zu sprechen. Alle Kenntnis derselben muss nämlich der Wissenschaft des kommenden Lebens zugeordnet werden. Deshalb sagt Aristoteles, dass das Wissen der Weisheit um seiner selbst willen besteht. Oder er spricht über das Wissen aus rein natürlicher Vernunft und Vollkommenheit, welche der Mensch aus dem rein Natürlichen erlangen kann. Est ist wahr, dass der Mensch über das Wissen hinaus nichts Vollkommeneres aus der reinen Kraft der natürlichen Vernunft erlangen kann, oder wenn er meint, dass die letzte Vollkommenheit des Menschen in jenem Wissen besteht, irrt er und hat nichts von dieser Wissenschaft verstanden, auf welche jede philosophische Wissenschaft hingeeordnet werden muss. Diese besteht auch grundsätzlich nicht aufgrund ihrer selbst und nicht um ihrer selbst willen, sondern ist auf jene hingeeordnet und mittels jener auf die klare Kenntnis der (ewigen) Heimat, welche nicht auf eine letzte Wissenschaft hingeeordnet werden darf. Deswegen ist in Bezug darauf sehr wahr, dass jene Wissenschaft um ihrer selbst willen bestehend zu bezeichnen ist und im eigentlichsten Sinne als Weisheit, insofern keine weiterreichende Wissenschaft in diesem Leben zu erwarten ist. Schlechthin jedoch kann nur die Weisheit eine Betrachtung des himmlischen Lebens bezeichnen werden, welche das Höhere vom ersten Prinzip her schaut, welches die menschliche Kraft nicht erfassen kann. In Anbetracht dessen verdient diese und jede andere Wissenschaft kaum Wissenschaft im absoluten

<p>scientiae meretur appellari, sicut sapiens huius sapientiae respectu illius sapientiae verius stultus (quam) sapiens reputandus est. Secundum quod dicit Origenes super illud Exo III: <i>Non sum eloquens ex quo locutus es ad servum tuum. Dum esset Moyses in Aegypto, et erudiretur omni sapientia Aegyptiorum: nec profitebatur se eloquentem. Erat enim quantum ad Aegyptios eloquentiae incomparabilis. Ubi vocem Dei audivit, cum incepit cognoscere verbum quod erat in principio apud Deum, se pronunciat mutum, mutis enim animalibus quamvis indoctus homo comparetur eloquens videbitur. Si vero eruditus et eloquentibus stultus et mutus. At si quis Dei verbum et divinam respiciat sapientiam: multo amplius quam apud nos pecudes, apud Deum mutum se animal profitebitur.</i>²⁰</p> <p>Unde et bene dixit propheta sapientissimus in Psalmo: <i>Ut iumentum factus sum apud te.</i> Sed quia per intellectum huius scientiae notitia illius scientiae quodammodo inchoatur, unde quodammodo etiam ex comparatione ad illam sapientiam, haec potest dici</p>	<p>Sinne bezeichnet zu werden, genauso wie der Weise dieser Weisheit im Vergleich zu jener Weisheit richtiger als Tor denn als Weisen angesehen werden muss. Darüber sagt Origenes über Exodus 4: "Ich bin nicht beredt gewesen, als du mit deinem Knecht gesprochen hast. Als Moses in Ägypten war und in aller Weisheit der Ägypter unterrichtet wurde, bekannte er doch nicht, dass er beredt sei. Er war nämlich in Vergleich zu den Ägyptern von unvergleichlicher Beredsamkeit. Als er die Stimme Gottes hörte, als er anfang, das Wort zu verstehen, das von Anfang an bei Gott war, da bezeichnet er sich als stumm. Obwohl sich der ungebildete Mensch mit stummen Tieren vergleicht, scheint er beredt zu sein. Wenn er sich aber mit Gebildeten und Beredsamen vergleicht, erscheint er als törricht und stumm. Aber wenn jemand auf das Wort Gottes und die göttliche Weisheit schaut, ist der Unterschied noch viel größer als bei uns zu den Tieren: bei Gott wird er sich als stummes Tier bekennen."</p> <p>Daher hat der höchst weise Prophet hierüber im Psalm passenderweise gesagt: "Zum Lasttier wurde ich bei dir." Aber weil aus der Erkenntnis dieser Wissenschaft die Kenntnis jener Wissenschaft in gewisser Weise ihren Anfang nimmt, daher kann diese in gewisser Weise im Vergleich zu jener Weisheit auch Weisheit genannt werden. In Bezug zu einer jeden</p>
--	--

20 ORIGENES, *Homilia in Exodum* III (PG 12, 310): "Donec esset Moyses in Aegypto et erudiretur omni sapientia Aegyptiorum, non erat gracili voce nec tardus lingua, nec profitebatur se esse ineloquentem. Erat enim quantum ad Aegyptios, et sonorae vocis, et eloquentiae incomparabilis. Ubi autem coepit audire vocem Dei et eloquia divina suscipere, tunc sensit exilem et gracilem vocem suam, tardamque et impeditam esse suam intelligit linguam; tunc se pronunciat mutum, cum coepit agnoscere verum illud Verbum, quod erat in principio apud Deum. Sed quo facilius quod dicimus possit adverti, utamur huiusmodi similitudine. Mutis animalibus quamvis sit imperitus et indoctus, rationabilis homo si comparetur, videbitur eloquens ad comparationem eorum quae et rationis et vocis expertia sunt; si vero eruditus et eloquentibus viris, atque in omni sapientia probatissimis conferatur, et ineloquens et mutus videbitur. At si ipsum quis contempletur divinum Verbum, ipsamque divinam respiciat sapientiam, quantaevs sit eruditionis, et quantaecunque sapientiae, multo amplius quam apud nos sunt pecudes, ipse apud Deum mutum se animal profitebitur."

<p>sapientia; quae tamen respectu cuiuslibet alterius scientiae huius vitae verissime sapientia dicenda est. Unde definitio illa sapientiae, quae scribitur I <i>de Academicis</i> Augustini verissime huic sapientiae convenit. Dicit enim ibi Augustinus: <i>Sapientia mihi videtur rerum humanarum et divinarum quae ad beatam vitam pertinent non solum scientia sed et diligens inquisitio, ut homo quantum potest in Deum tranquillius tendat et extremo vitae die ad id quod concupivit adipiscendum reperiatur paratus, fruaturque merito divina beatitudine qui ante sit humana perfruitur.</i>²¹</p>	<p>anderen Wissenschaft dieses Lebens muss sie dennoch in wahrhaftiger Weise Weisheit genannt werden. Von daher stimmt jene Definition der Weisheit, die Augustinus im ersten Buch von <i>De academicis</i> beschreibt (I <i>De Academicis</i>), sehr richtig mit dieser Weisheit überein. Dort sagt Augustinus nämlich: "Nicht nur die Wissenschaft, sondern auch eine sorgfältige Untersuchung der menschlichen und der göttlichen Dinge, die zum ewigen Leben gehören, scheint mir Weisheit zu sein, damit der Mensch so gut er kann ruhiger zu Gott hinstrebt und damit er am letzten Lebenstag bereit gefunden wird, das zu erringen, was er begehrt hat, und damit er sich zurecht der göttlichen Seligkeit erfreue, welche vorher als menschliche genossen wurde."</p>
---	---

21 AUGUSTINUS, *Contra Academicos*, II, 8, 23: " Etenim ut ipse iam explicem definitione quod sentio, sapientia mihi videtur esse rerum humanarum divinarumque, quae ad beatam vitam pertineant, non scientia solum, sed etiam diligens inquisitio. Quam descriptionem si partiri velis, prima pars quae scientiam tenet, Dei est; haec autem quae inquisitione contenta est, hominis. Illa igitur Deus, hac autem homo beatus est. Tum ille: Miror, inquit, sapientem tuum quomodo asseras frustra operam consumere. Quomodo, inquit Licentius, frustra operam consumere, cum tanta mercede conquirat? Nam hoc ipso quo quaerit, sapiens est; et quo sapiens, eo beatus: cum ab omnibus involucris corporis mentem quantum potest, evolvit, et seipsum in semetipsum colligit; cum se non permittit cupiditatibus laniandum, sed in se atque in Deum semper tranquillus intenditur: ut et hic, quod beatum esse supra inter nos convenit, ratione perfruatur; et extremo die vitae ad id quod concupivit adipiscendum reperiatur paratus; fruaturque merito divina beatitudine, qui humana sit ante perfruitus."